# LAS CITACIONES DEL A. T. EN LOS SINÓPTICOS Y EN LOS RABINOS

por CLAUDIO GANCHO HERNÁNDEZ, O. F. M.

SUMMARIUM.—*Influxus Veteris in Testamentum Recens palam apparet, nostra vero disquisitio ad citationes coarctatur explicitas et quidem apud Synopticos.—Per modum comparationis progreditur, unde duae partes suboriuntur: prima de exegesi evangelica, altera de exegesi inter rabbinos.—Quod attinet ad elementum «materiale» formulas fere easdem invenimus et in evangeliis et in Actibus apostolorum et in ipsis rabbinis una tantum exceptione «ut adimpleretur» (etiam a iudaeis nota) a Mt frequenter adhibiti. Sive Deo ipsi sive hagiographis verba relata tribuuntur. Quaestio de textu originali criteriis largioribus videtur tractanda et nonnisi de approximationibus verbum venit faciendum. Pro citationibus parallelis praevalet LXX, Textus Masoreticus autem magis sentitur in illis Mt propriis. Attamen maxima viget libertas quacum facta iubent eisque vaticinia submittuntur.—Elementum «formale». Formulae «ut adimpleretur» et «oportet impleri...» (Lc) ex se voluntatem coniunctionis exprimunt non vero gradum eiusdem. Exegesis evagenliorum est «traditionalis»: scriptum verbum fluit ab illo locuto, sicque exegesis Lc quin imo et Matthaei eadem est ac interpretatio Petri et Pauli (Act 2; 13) omnesque Christum Dominum imitantur.—In hoc congruunt cum rabbinis in largiori nempe et spirituali interpretatione et in eo quod pro omnibus valet axioma: «prophetiae omnes Messiam referunt ac in ipso uno apte perficiuntur»; communis est etiam color apologeticus exegeseos et maxima reverentia erga verbum Dei quod semper manet et agit tamquam proverbium bene collatum. Sed dum in manibus evangelistarum textus adducti vim ac contextum servant historicum quem tantum typologice transcendunt —quae illic de Iahveh vel populo hic de Iesu praedicantur— sub calamo rabbinico in subtiles abeunt nimisque litteralistas amplificationes quae plerumque ludi puerorum videntur.—Relate ad Messiam rabbini plura statuunt contraria eorum immaturitatem exegeticam liquido demonstrantia.*

Es evidente el influjo que los libros del A[ntiguo] T[estamento] han ejercido sobre los del Nuevo. Hay una tradición viva que nutre de su savia los escritos más recientes, una especie de canon por dentro que aúna toda la producción literaria de los hagiógrafos a lo largo de los siglos.

Un fenómeno que se debe al hecho fundamental de la unidad de la Revelación y al carácter tradicional del oriental y en concreto del judío; y judíos son todos los escritores del NT, con excepción de Lucas que, sin embargo, religiosamente fué discípulo de Pablo «hebreo de hebreos» (Fil 3,5) y «emulador de las tradiciones paternas» (Gal 1,14).

"Salmanticensis", 4 (1957).

Universidad Pontificia de Salamanca